

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Nenia Qua Luctuosißimum, ac beatum obitum Herois Illustris & Generosi Domini,
Dn. Wilhelmi a Calheim dicti Lohausen/ supremi vigiliarum Praefecti, ... Dn.
Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani ... Qui 30. die Ian. relicta hac vita ad alteram
placida morte commigravit, Sympaschn prosequitur Natio Westphalica**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747413037>

Druck Freier  Zugang



tol-24-3461





NENIA
Quâ
Luctuosissimum, ac beatum obitum,
HEROIS
Illustris & Generosi Domini,
DN. WILHELMI
à Calcheim dicti Lohausen/
supremi vigiliarum Præ-
fecti,

ILLVSTRISS^{mi}, REVERENDIS^{mi}
Celsissimiq^s, Principis ac Domini,
Dn. ADOLPHI FRIDERICI,
Ducis Megapolitani &c. Consiliarij
intimi, rerum bellicarum Directoris, & Rosto-
chiensium Præsidij Moderatoris quondam
vigilantissimi,


Qui 30. die Jan. relictâ hac vitâ ad alteram,
placidâ morte commigravit,

Συμπάχων prosequitur.

NATIO WESTPHALICA.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XL.



Mnia quæ tellus patulis comple-
titur ulnis,
Quicquid & immensus tractus
fovet aëris alti,
Id rerum Natura parens hac le-
ge creavit,

In nihilum ut redigat Fati immutabilis ordo.
Æternum hīc nihil est, nil constans. Destruit omne
Tempus edax, quicquid vigili construximus arte.
Sunt ubi Pyramides? ubi nunc sunt tecta Neronis
Aurea, per celeres motus imitantia Olympi?
Nunc ubi quem fecit Labyrinthum Dædalus?

orbis

Nunc ubi quæ celebrat septem miracula fama.
Fama nisi rebus vivax alimenta ministret,
Næ nobis essent volucri illa simillima somno.
Sunt qui virtute ingressi vestigia Divūm,
Calcantes virtutis iter sudore repletum,
Nil non percessi, ut tantum indelebile possent
Nomen apud fetos sibi conservare Nepotes,
Hos sed ab interitu nisi vindicet ardua fama,
Nil præter nomen fuerint, nisi fabula fallax.

Hinc

Hinc hodiè vivunt horrendi fulmina belli
Scipiades, vivit Pompejus, Scævola, Pyrrhus,
Et plures alii quos semper-florida virtus
Adscripsit Divis, & quorum nomina cœlo
Juppiter Altitonans dignatus, & ardua facta
Vivaci cedro inscrispit, calamoq; notavit.
O fortæ Animæ ! O Animis vis ignea virtus,
Onimium felix cui addit calcaria fama !
Corporis exuvias hic ponens, estnè superstes ?
Enarrans semper nobis spectacula rerum.
Sed quomodo æternum nomenq; decusq; paran-
dum,

Virtutis solidæ Fanum quâ sorte valemus
Intrare, & scalis superare illa edita templæ ?
Cùm via virtutis salebrosis obsita clivis ?
Improbis & sollers labor est, quem barbara Martis
Castra, & musarum commercia sacra requirunt ;
Nam calamus, gladiusq; duo sunt Brachia mundi,
Et Lege, & Legione simul benè flectitur Orbis.
Hæc sunt quæ pariunt homini indeleibile nomen
Nulla dies, vis nulla nequit, sed & invida nulla
Lingua, potest talē penitus consumere Famam.
Vir quondam generose tuis infixa medullis
Hæcce fuit, fuit & semper cordi inclita virtus,
Hac fretus duros poteras antlare labores,
Hac fretus semper divina & fortia facta


Vivus anhelasti, post te rarum hocce relinquens,
Inter se certent & Mars & Docta Minerva
Quæ tibi plus faveat, cum sis benè notus utriq;
Næ dignus Vir cui Rosarum urbs talia ponat:
Præsidium, columen murus, columnæ Lohausen
Urbis Rostochii, tacitâ hac sub sede quiescit,
Æthereos annos vivat, vivatq; per orbem
Gloria lausq; viri, E semper celebretur in urbe hac.






Mortem cum Codro spernit qui Martius her
 Nam Mars pro meritis digna trophya
 Inclitus in magno quis erit si Palladis arce
 Socrate cum magno morte perire volet
 Lauriger ille suos mactat mox laudibus aquis
 Post mortem primò digna brabaa refert.
Quis TE, pro meritis sat dignè Magne LOHN
 Laudabit, carus Martis & Artis amor.
Pone trophya TUO Ralcheim / Mars inclyte, p
 Laurum concedat Phæbus Apollo SUO
 Tam generosum animum lachrymis deflere Cha
 Legibus inhibuit, Gloria TE decoret.

F.
Fran



Magne Heros, si quis fueris, dum vi
 Mente mea reputo, tacitisq; exami
 Quid prohibet, tua quin torrenti facta ti
 Assimilem vitæ cursum? non ille moratu
 Nec vastos scopulos, nec saxa objecta ru
 Velle quidem visa est fortuna relinquere
 Quis Tua se virtus, famâ celebrante, fe
 Nec tamen obtinuit. Tu contra fortior il
 Clade ipsâ major. Nunc non indignus.
 In patrium rursus migras, Dux inclute co
 Hic Tibi promerita cinguntur tempora

Casper
St.



the scale towards document